

Alte Drucke

**Dauidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in
Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ**

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput X.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

re & tueri aduersus principem suum; & ingratum hunc ac perjurum & crudelē tyrannum, quem euexit, rursum de loco & dignitate, quam vrbis beneficio tenet, deinceps & deturbare debet. *Principem Zebul*) praefectum ciuitatis antea liberæ, nunc seruo subiectæ, הַמְּנֻכָּה contubernalis. *Viros Emor*) ortus ab Emor patre Sichem, Gen. 34. יְהוָה Hamor, asinus. *Zebul iratus valde*, misit clam ad Abimelech) tragicum animum comica facie tegit: Prodit Abimelech seditionisorum consilia & machinationes. Interea se amicum illis proditorie fingit, donec oblata occasione animum hostilem patefacit. *Cui Zebul respondit*, vmbras montium vides) Ironice decipiens & deridens Gaalem, quasi dicat, non hostes armati, sed vmbrae aut spectra oculis tuis caligantibus in crepusculo obijciuntur. *De umbilico* de collibus seu locis eminentioribus. *Vbi nunc est os tuum*) es θεασύδειλος, gloriosè & Thrasonicè praedicasti tuam fortitudinem ante periculum, nunc in ἀκούην periculi timidus & ignauus es. Qui (Abimelech) persecutus est eum (Gaalem) fugientem, quem amissa victoria, in vrbem reuersum, Zebul præfectorus cum sua factione Abimelecho coniuncta, vrbem expellit. *Aduersarios* Sichimitas. *Vrbe destructa ira ut saltem in ea dispergeret* vrbem solo æquauit, & campos, vbi Troia fuit, seu agros vbi Sichem antea steterat, sale seminavit, vt infrugiferi & steriles perpetuo manerent.

Turre Sichimorum) arce seu castello, parte vrbis munitiore, vt tuulis Londonensis, turris fortissima nomen Domini, iustus confugiet ad eam & salubritur. *Berith* בְּרִית fœdus, confœderatus & amicus Sichimitarum. Optimum & firmissimum fœdus, iusta agere, talibus enim Deus confœderatus est. *Montem Selmon* צַלְמוֹן Zalmon, imago, pars fuit montis Garizim sylvis vestita. *Quod me vidistis facere, citò facite*) Sic petitur censura & sic exempla parantur, Cum iudex, alios quod monet, ipse facit. Claudianus :

Primus iussa fabi, tunc obseruantior equi
Fit populus, nec ferre vetat, cum viderit ipsum
Autorem parere sibi, componitur orbis
Regis ad exemplum : nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita regentis :
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Thebes תְּבָא, Lutetia, oppidum vicinum Sichem. *Fragmen mole*) nam instante oppugnatione, trabes & lapides omnis generis, qui deuoluantur in in hostes per scalas ascendentibus, congeri in muros solent. *Ne forte dicatur* in media morte nihil de Deo aut salute animæ suæ ; sed tantum de gloria & fama sollicitus est. *REDDIDIT DEVS MALVM*) locus communis in historia fœdi interitus Abimelechi præcipue obseruandus, exemplum PROVIDENTIAE & IUSTITIAE Dei, sapientissime & iustissime res humanas gubernantis, & atrocia sclera atrocibus pœnis etiam in hac vita vindicantis. Non casu acciderunt hæ calamitates & pœnae horrendæ Sichimitis & Abimelecho ; sed Deus sapiens, iustus & vindictus scelerum, hoc modo reddidit Abimelecho & Sichimitis talionem scelerum in filios Gedeonis patratorum. Nam ideo Ταῦτα πέπλη, τοιού τελος αὐτὸν οἰκάρδει. Qualia vir fecit, talis manet exitus illum.

Caput X.

S 2 VNVS

Nus est in hoc capite, & tota historia Iudicum, locus doctrinae pra-
cipiuus, exemplum POENITENTIAE Israëlitarum illustre, qui defen-
fide & obedientia soli vero Deo debita, in idololatriam & alia fa-
gitia lapsi; & calamitatibus ac ærumnis diuinitus impositis, de ira Dei ad
uersus peccata & peccatorum nostrorum magnitudine & atrocitate ad-
moniti; rursus ad Deum vera pœnitentia, & fide, ac proposito vitæ &
normam voluntatis & verbi Dei emendandæ, conuertuntur, & fiducia
Christi mediatoris ad Dominum serio clamantes mitigationem calami-
tatum & liberationem integrum à Deo impetrant. Est autem vera po-
nitentia seu conuersio ad Deum, contritio, FIDES, & bonum propo-
situm. Contritio est serio dolere quod Deum nostris peccatis offendie-
rimus, & expauescere agnitione iræ Dei aduersus nostra peccata, eaq; semper
deplorare. Contritionis pars est Confessio, qua coram Deo & alijs hominibus
peccata nostra agnoscimus & desflemus, & nos reos esse iræ Dei & æterni
damnationis fatemur, ac verè dolemus, nos Deum offendisse, & veniam &
remissionem propter Christum petimus, vt hoc loco Israëlitæ perspicua
& ingenuam peccati confessionem edunt: Peccauimus tibi, quia derel-
quimus te Dominum nostrum, & seruiuimus Baalim. Peccauimus, factu-
nis quidquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Altera pars Pœnitentiae
FIDES, confugiens ad misericordiam Dei propter Christum semen Abrabi
benedictum, promissam, & prælucente hac fide, clamans ad Deum, & re-
missionem culpæ, & pœnae mitigationem, certò expectans, vt hoc loco Israëlitæ
per Ammonitas oppressi, ad Dominum Deum & patrem suum co-
lestem, propter Filium placatum & propitium clamant. Tertia est, BONI
PROPOSITVM, vitandi deinceps omnia peccata (in hoc enim agnoscimus
dimissa peccata, si relinquuntur futura. Nam eadem gratia, quæ remittit, lo-
cit ne committas) & voluntati ac verbo Dei in omnibus vitæ consilijs & acti-
onib. piè ac religiosè obediendi, vt Israëlitæ clamantes ad Deum, de finibus
suis alienorum Deorum idola proijiciunt, & Domino Deo suo seruiunt, qui
doluit super miserijs eorum. Hoc insigne exemplum pœnitentia & conve-
sionis ad Deum, omnibus suis partibus constans, præcipue in huius capituli lec-
tione consideretur. Deinde vicini & cognati loci, sæpius iam repetiti, adiun-
gantur. II. De peccato & ira Dei aduersus peccatum per legem monstram
III. De pœnis, quæ crescunt & cumulantur crescentibus & cumulatis pe-
ccatis, vt hoc loco Israëlitæ peccatis veteribus iungentes noua, nouis cala-
titatibus & ærumnis à Deo castigantur. III. De causa efficiente afflictionis &
lamitatis, quæ non casu fortuito accidenti, nec causis secundis tantum attra-
hantur, sed à Domino Deo forti Zelote puniente nostra peccata, nobis impo-
nuntur, vt hoc loco de Israëlitis peccantibus dicitur, Dominus iratus tradidit
eos in manus Philistijm, & filiorum Ammon, adflictisque sunt, & vehementer
oppressi. V. De causa finali seu usu & fructu pœnarum præcipuo: Non vt pe-
damur ac pereamus, sed vt retrahamur ad pœnitentiā, fidē, inuocationē Dei
& præsentes ac æternas pœnas effugiamus. I. Cor. 11. Cūm adfigimur, à De-
mino castigamur, ne cum hoc mundo pereamus. Esa. 26. Domine in tribula-
tione visitante, in angustia clam à te ad te. VI. De Inuocatione Dei, & exaudi-
tione precum ac liberatione, exemplum sententia Psalmi trigesimi quarti:
Iste pauper (adflictus) clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus
tribulationibus liberavit eum, Respicite ad eum, & accurrite, &
facies vestræ non confundentur, vt hoc loco Israëlitæ in ærumnis de-
mansi

mantes ad Dominum exaudiuntur , & liberantur. Doctrinæ de Invocatione capita præcipua ex explicatione secundi præcepti , & Deut.4. Marth.15. repetantur. VII. Ut Israëlitis clamantibus hoc loco , Deus negare auxilium , eorumq; opratis plane aduersari: sicut mulieri Cananæ claman- ti durius respondet, eiusq; preces prorsus abijcere videtur : sic plerumque liberationes ex malis corporalibus differt , & contraria ijs ; quæ nos ab eo petimus, facere videtur, propter quinq; causas, Matth. 15. à nobis recitatas. Quarum prima est , ut nostra poenitentia, fides , inuocatio exerceatur, ex- uicitetur , & firmior ac ardentior fiat , sicut mulieris Cananeæ fides & precatio non languebit morâ , sed magis exuscitatur & incenditur ac con- firmatur. & vidua Lucæ 18. instans apud iudicem , suo exemplo docet , o- portere assidue orare , & non defatigari. Econtrà cùm subito contingunt ingentia bona , animi laxati statim remittunt curam & intentionem in pre- cando , & paulatim fiunt languidores. Deinde , vt omnia desiderata ma- gis quam assidue percepta iuuant , ita multò gratiores sunt liberationes longo desiderio expectatae : & vehementior ac diuturnior grati pectoris ardor & obedientia sequitur : quam si subito , nec vlla interposita mora , contigissent. Præterea explorat dilatione auxilij Deus constantiam no- stram, an vera , feria, pura, non simulata pietas , non suam gloriam & com- moda quærens , in nostris cordibus luceat. Vult etiam nos fide ab ipso pendere , & regi vitam nostram non humanis consilijs , sed ipsius sapientia & bonitate paterna. Quæ tandem in mirandis liberationibus illustrius con- spicitur, cùm mora ipsa conuincit, nos omnib. præsidijs & consilijs humanis destitutos , certò & immediate à Deo, non à causis secundis liberatos esse. Hæ causæ in præsenti etiā Israëlitarum historia piè & attente considerentur. Idcirco non addam , ut vos liberem) VIII. Deus verax & immutabilis, negat se deinceps liberaturum esse amplius Israëlitas , & tamen liberat. Quia omnibus comminationibus poenarum addita est conditio Pœnitentiæ , qua semper vel liberatio vel mitigatio calamitatum impetratur , Ierem. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malitia sua , agam & ego pœnitentiam su- permalo , quod cogitavi, vt facerem ei. Neq; enim Deus mutatur , remit- tens poenas non agentibus pœnitentiam denunciatas, sed nos vult mutari, vt immutabilem erga nos bonitatem & misericordiam suam declaret. Ita hoc loco intelligatur negotia auxilij & liberationis diuinæ, scil. nisi pœnitentiam ardentius agant. Quam vt in eis accendat, augeat & exacuat, tristem ironiam & ferè Sarcasmum addit: Ite & inuocate Deos , quos elegistis, ipsi vos libe- rent in tempore angustiæ. q. d. Iam experimini , & reipsa cognoscitis , Deos vestros non posse vos ex calamitatibus & periculis humano consilio inextricabilibus liberare. Considerate igitur tandem , quos Deos colatis, si- cut ad sacerdotes Baal Elias simili ironia vtitur: Clamate voce maiore : forsitan Deus vester dormit, aut peregré abest, Amos 4. Venite ad Bethel , im- piè agite ad Galgalam , & multiplicate præuaricationes , & offerre mane viictimas vestras. Hæ ironiæ in Prophetis vstatissimæ sunt. Nec mandat Amos impietatem, sed considerare eos iubet , quam tristes calamitates his impijs & idolatricis cultibus sibi attraxerint. Ita hoc loco Israëlitas atten- tius expendere iubet , quanta temeritate & stultitia haec tenus , relicta fide & obedientia soli vero Deo debita, coluerint vicinarum gentium idola. IX. De Idolatria, & illius causis, effectibus, poenis & vero vnius veri Dei cultu ex capite 32. Exodi, & Deut.4.6. explicatio repetatur. X. Duces seu Saluatores

S 3 populi

populi communem populi salutem, non priuatam vtilitatem spectantes, et
mia & singularia Dei dona sunt, Syrac. decimo capite: Gubernatio terra
manu Dei est, ipse nonnunquam dat bonos principes & scribam dignum la-
de. & in huius capitinis initio, ubi nos legimus, Post Abimelech/tyrannū scil.
surrexit dux in Israël: in Ebraeo legitur γιωνή ad saluandum Israël. q. d. nō
tyrannus, ut Abimelech pro libidine regnans, & suam potentiam & com-
puli vtilitatem & salutem, omnia referens: bonos & innocentes ab initio
defendens: & hostes externos & domesticos latrones depellens ac puniens

T E X T V S.

THOL) γιών vermiculus ὄπερυμος filio Isaschar primogenito, Genes. 46.1.
Paralip. 7. Phua) פְּנַת Follis, flatus. Patru Abimelech) In Ebraeo est, הַר פָּנַת filij Dodo, quæ vox appellatiue patrum eius significat; Ideo latinus interpres, patrum Abimelechi, vertit. Sed cū Abimelech ex tribu Manasse, Thola ex tribu Isaschar oriundus fuerit: Patruales esse non potuerunt: alij filii patrui sui vertunt, quod pater Phua, fratri mortuo semen suscitarit. Sed similius est, Dodonem, vt nomen proprium aui Tholæ paterni positum, ex illi marc. De Isaschar) filio patriarchæ Iacob, Gen. 30. Inde orta tribus, partē Palestinae, à mari Galilææ ad mediterraneum, inter Manassen & Zebulon incolam incoluit, cuius oppida Iezraël, patria Osee Prophetæ; Naim, resuscitatione filij viduæ; Sunem filio hospitæ Heliæ in vita reuocato; Thabor transfiguratione Christi; Cesion collegio Leuitarum nobilitata fuerunt. מִצְרָיִם, מִצְרָיִם, Samir) סָמֵר Custodia, arx custodiaz, Landshut. Idem nomē est cum Samaria. Montis Ephraim) Fortè nomen proprium est montis in tribu Isaschar, montana Ephraim, alioquin in sacris literis celebrata, ad tribuum Iudeæ Benjamin confinia pertinent, & longius à tribu Isaschar absunt. מִזְרָח mons fœcundus, mons fertilis.

IAIR) יָאֵר, illuminatus, vel riuus, fluuius aliò deductus. Vnde Iordanum iudicij interpretantur. Galaatides) Ortus à Galaad, filio Machir, nepo Manassis, à quo sex familiæ propagatae sunt, Nu. 26. 32. 1. Par. 7. 2. Sedentes per 30. pullos) Equites, viri nobiles, non humi repentes pedes plebeij. Significat autē Aiarim in genere pullos siue asinorum, siue equorum. Principes 30. ciuitatum.) Erant domini triginta prædiorū, seu pagorum. Dryssig & delmans. Sis. Auothiair) וְיָהִיר Villæ Iair. Quarum mentio fit etiam, Num. 32. Ios. 8. 1. Paral. 2. & alibi. tametsi eundem Iair non esse, qui in Numeris & Paralipomenis, & hoc loco nominatur, consentaneum est, cum illi trecentis annis ante huius iudicis tempora celebretut. Vsg. in praesentem dico Samuelis Prophetæ, qui historiam iudicium scripsisse existimatur.

Canon) Oppidum, in regione Galaad. יָאֵר à Kam, surrexit. Ba-
lim) De quo cap. 2. vers. 11. 13. Astaroth) de quo supra cap. 2. vers. 13. Veneris idolum fuit, de quo 1. Reg. 7. 12. 31. 3. Reg. 11. Dij. Syria) Remon, 4. Reg. 5. Sidon) 3. Reg. 11. colebat Salomon Astarthen (Verm) Deam Sidoniorum. Moab) Chamos, Deum Moabitarum, alias Baalphegor, Num. 21. 25. 3. Reg. 11. 28. de patre. vino palpator. Amorrah) Moloch, 3. Reg. 11. Leuit. 18. Ierem. 32. Dagon, Iudic. 16. 4. Reg. 1. Beelzebub, 4. Reg. 1. Philistym, trans Iordanem in terram Amorræi in orientali Iordanis ripa, quæ à tribu Ruben, Gad & Naassone in-

nasse incolebatur, & Sconi regi Amorrhæorum & Ogo regi Basan ante paruerat, Num. 21. 32. Deut. 1. 2. *Quæ est in Galaad?* regione ad orientalem Iordanis ripam interflu. Iaboch, mare Galilææ, montes Galaad & Ammonitidem intercepta. *Vastarent Iudam, Benjamin & Ephraim?* situs in tabula Palæstinæ aspiciatur. *Ægyptum* Exod. 2. 7. 13. 14. *Amorrhæi?* Num. 21. 32. Ios. 10. 13. *Ammon?* Deut. 2. *Philistym?* Iudic. 1. *Sidonij?* Ios. 11. 19. Iud. 1. *Amelech?* Exod. 17. Num. 14. Iud. 3. 5. 6. & *Chanaan?* generale nomen omnium veterum incolarum Palæstinæ, de quo Iudic. 1. sed hoc loco in Ebræo non γένε, sed οἶνον Maon legitur, quæ vox habitationem significat, & oppidum ac regio est eiusdem nominis in tribu Iuda, Ios. 15. *Maspha?* oppidum regionis Galaad non procul à mari Galilææ prope Ramoth, Iudic. 11. patria Iephthæ. *Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad?* non quod sibi ipsis proprio arbitrio Ducem elegerint, sed quod Dominus per sacerdotem consultus, responderit hoc signo eos ducem diuinitus excitatum aguturos esse, qui primus hostem fortiter aggredieretur.

Caput XI.

Nhistoria Iephthæ octauj iudicis populi Dei, viri fortis & magnanimi, sed extra coniugium legitimum nati, Primum de Spurijs, & an iuste filij ob parentum dilecta, priuatione hæreditatis & familiæ & exclusione à publicis ecclesiæ & Reipublicæ officijs & congressibus puniantur: iuxta legem Deuter. 23. Non ingredietur Manzer (de scorto natus) in ecclesiam, (non geret officium aut functionem publicam) in decimam generationem (nunquam). Sunt autem legitimi filij & hæredes, vel naturales ex parentibus legitimo matrimonio iunctis nativi: vel non naturales, vt adoptiui & arrogati. Illegitimi & spuri sunt vel naturales ex certo patre & concubina nati iure Romano, qui per subsequens matrimonium, aliæ ratione legitimi fieri possunt. C. de naturalibus, L. Si quis, vel vulgo quæsiti, qui vel patrem ostendere nequeunt, vel pro patre habere, nec in patris potestate esse, multò minus hæreditatem patris adire, imò nec alimenta petere ab intestato possunt. Ideo ex familia patris Iephthe hoc loco ejicitur, & lege Mosis positiva, ad nullos honores & officia publica aditū habebat, sicut nostro adhuc tempore opificum collegia, spurius nullus admittunt. Quæ lex, in politia Mosis, & Romana, & nostris ciuitatibus ad eum finem potissimum directa est, vt honesti & casti coniugij dignitas in genere humano agnoscatur & conservetur, & honesti ac sancti coniugij leges maiori reverentia & pietate colantur, & impuræ ac vagæ libidines & scortationes extra coniugii vitentur. Ut autem cæteræ leges politicæ & positivæ, à magistratu seu Nomotheticis probabili ratione laxari vel mutari & aboleri queunt: ita multò magis Deus ipse supremus νομοθέτης, qui spurius etiā manu sua opifici fingere, & animā ac vitam eis impertire nō de dignatur, de hac lege positiva dispensare potest. præfertim cùm λαρέ Νέστογε πολλοὶ γνωτοὶ αἰτιῶντες sint, vt Themistocles patre Nicocle, matre incerta, & auorum memoria Franciscus Sphoria natus fuit, & apud Poëtas, Deorum filij plerique ignoto patre sati fuisse existimantur. vt Danae aureo imbre à Ioue in sinum effuso Perseum suscepisse scribitur.